

«At certe tamen,» inquiunt «quod illic
 Natum dicitur esse, comparasti
 Ad lecticam hominis.» Ego, ut puellae
 Unum me facerem beatiorem,
 «Non» inquam «mihi tam fuit maligne,
 Ut, provincia quod mala incidisset,
 Non possem octo homines parare rectos.»
 At mi nullus erat neque hic neque illic,
 Fractum qui veteris pedem grabati
 In collo sibi collocare posset.
 Hic illa, ut decuit cinaediorum,
 «Quaeso» inquit, «mihi, mi Catulle, paulum
 Istos commoda: nam volo ad Sarapim
 Deferri.» «Mane» inquit puellae,
 «Istud quod modo dixeram me habere,
 Fugit me ratio: meus sodalis
 Cinna est Gaius, is sibi parabit.
 Verum, utrum illius an mei, quid ad me?
 Utor tam bene quam mihi pararim.
 Sed tu insulsa male ac molesta vivis,
 Per quam non licet esse negligentem.»

—«No obstante, como allí nació la moda,
 Tal vez para llevarte en tu litera
 Trajiste algunos hombres, me dijeron;
 —«No fui tan desgraciado, dije á ella,
 Que aunque mala provincia me tocase
 Ocho hombres conseguir yo no pudiera.»
 (Y esto que yo ni en Roma ni en Bitinia
 Tuve jamás; de alguna cama vieja,
 Quien el pié roto me llevase al cuello).
 Ella entonces, con cínica impudencia,
 Me dijo: «¿me los prestas, mi Catulo?
 Yo al templo de Serapis ir quisiera:»
 «Un momento, la dije, no me explico
 Cómo pude decir que míos eran;
 Me equivoqué; mi amigo Cayo Cinna
 Fué quien pudo traerlos de esa tierra.
 Però suyos ó míos, ¿qué me importa?
 Los uso cual si á mí correspondieran.
 Mas tú eres tan maligna como insulsa
 Y olvidadizo ser á nadie dejas.»



CARMEN XI

AD FURIUM ET AURELIUM



Furi et Aureli, comites Catulli,
 Sive in extremos penetrabit Indos,
 Litus, ut longe resonante Eoa
 Tunditur unda,
 Sive in Hyrcanos Arabesque molles,
 Seu Sacas sagittiferosve Parthos,
 Sive quae septemgeminus colorat
 Aequora Nilus,
 Sive trans altas gradietur Alpes,
 Caesaris visens monumenta magni,
 Gallicum Rhenum horribilem insulam ulti-
 mosque Britannos,



ODA XI

A FURIO Y AURELIO



Furio y Aurelio, de Catulo amigos:
 Ora penetre en las lejanas Indias
 Do el mar de Oriente con sonantes ondas
 Bate la playa;
 Ora en la Hircania, ó en la Arabia muelle,
 Ya donde habitan flechadores Partos,
 Ó donde el Nilo con sus siete bocas
 La mar enturbia;
 Ora trasponga los excelsos Alpes
 Donde de César los trofeos véñse,
 Ya el Rhin alcance ó al Bretón visite
 Fiero y lejano;

Omnia haec, quaecumque feret voluntas
 Caelitum, temptare simul parati,
 Pauca nuntiate meae puellae

Non bona dicta.

Cum suis vivat valeatque moechis,
 Quos simul complexa tenet trecentos,
 Nullum amans vere, sed identidem omnium

Illa rumpens;

Nec meum respectet, ut ante, amorem,
 Qui illius culpa cecidit velut prati
 Ultimi flos, praetereunte postquam

Tactus aratro est.

Sé que mis pasos seguiréis, doquiera
 Que de los dioses la bondad me lleve.
 Mas hoy, decidle á mi adorada estas

Tristes palabras:

«Que viva alegre con los mil amantes
 Que sin amarlos, con sus brazos ata,
 Que las entrañas les agote á todos

Al mismo tiempo;»

«Mas no como antes en mi amor confíe,
 Que ella la muerte por su culpa dióle,
 Cual flor temprana, que, al abrir el surco,

Troncha el arado.»



CARMEN XII

AD ASINIUM



Marrucine Asini, manu sinistra
 Non belle uteris in ioco atque vino:
 Tollis lintea neglegentiorum.
 Hoc salsum esse putas? fugit te, inepte:
 Quamvis sordida res et invenusta est.
 Non credis mihi? crede Pollioni
 Fratri, qui tua furta vel talento
 Mutari velit: est enim leporum
 Disertus puer ac facetiarum.
 Quare aut hendecasyllabos trecentos
 Expecta, aut mihi linteum remitte,
 Quod me non movet aestimatione,
 Verum est mnemosynum mei sodalis.



ODA XII

A ASINIO



¡Oh Asinio, el Marrusino! no bien usas
 Tu mano izquierda, cuando vino bebes,
 Y robas su pañuelo al distraído.
 ¿Y esto juzgas gracioso? ¿qué, no entiendes,
 ¡Necio! que es una cosa ignoble y fea?
 ¿No me crees á mí? á Polión cree,
 Á tu hermano Polión, que niño experto,
 Que en chiste y gracias á ninguno cede,
 Dichoso se creyera, si tus robos
 Con un talento rescatar pudiese.
 Ó esperas contra ti mil epigramas
 Ó al punto mi pañuelo me devuelves,
 Que, el ser de mis amigos un recuerdo
 Y no su precio, es lo que á mí me mueve;

Nam sudaria Saetaba ex Hibere
 Miserunt mihi muneri Fabullus
 Et Veranius: haec amem neçesse est
 Et Veraniolum meum et Fabullum.



Pues Veranio y Fabulo me lo enviaron
 Tiempo ha de Setabís, como un presente,
 Y como á mi Veranio y mi Fabulo
 Querer yo debo quanto de ellos viene.





CARMEN XIII

AD FABULLUM



Cenabis bene, mi Fabulle, apud me
 Paucis, si tibi dii favent, diebus,
 Si tecum attuleris bonam atque magnam
 Cenam, non sine candida puella
 Et vino et sale et omnibus cachinnis.
 Haec si, inquam, attuleris, venuste noster,
 Cenabis bene: nam tui Catulli
 Plenus sacculus est aranearum.
 Sed contra accipies meros amores
 Seu quid suavius elegantiusve est:
 Nam unguentum dabo, quod meae puellae
 Donarunt Veneres Cupidinesque,
 Quod tu cum olfacies, deos rogabis,
 Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.



ODA XIII

A FABULO



Bien en mi casa, comerás Fabulo,
 Dentro de poco si los dioses quieren,
 Si tú la cena en abundancia traes,
 Si hermosa niña á acompañarnos viene,
 Y si el vino y el chiste y la alegría
 Tú al venir me trajeres.
 Todo has de darlo; que Catulo sólo
 Telas de araña en sus bolsillos tiene.
 Mi amor sincero te daré yo en cambio,
 Y el mejor entre todos los deleites,
 El perfume exquisito que las Gracias
 Y los Amores á mi niña ofrecen;
 Y ser todo nariz, ¡oh mi Fabulo!
 Pedirás á los dioses si lo hueles.



CARMEN XIV

AD CALVUM LICINIUM



Nei te plus oculis meis amarem,
 Iocundissime Calve, munere isto
 Odissem te odio Vatiniano:
 Nam quid feci ego quidve sum locutus,
 Cur me tot male perderes poetis?
 Isti dii mala multa dent clienti,
 Qui tantum tibi misit impiorum.
 Quod si, ut suspicor, hoc novum ac repertum
 Munus dat tibi Sulla litterator,
 Non est mi male, sed bene ac beate,
 Quod non dispereunt tui labores.
 Dii magni, horribilem et sacrum libellum!
 Quem tu scilicet ad tuum Catullum



ODA XIV

A LICINIO CALVO



Si no te amase yo más que á mis ojos,
 Chistosísimo Calvo, por tu obsequio
 Te odiara con un odio Vatiniano.
 ¿Qué dije yo? ¿qué pude yo haber hecho
 Para tener, cual plaga, á estos poetas?
 ¡Que los dioses le den males sin cuento
 Al cliente que te envió tales horrores!
 Si este presente, como yo sospecho,
 Fué un obsequio de Sula, el literato,
 No me quejo, más bien estoy contento
 De que tengan un premio tus afanes.
 ¡Grandes dioses! ¡qué libros tan horrendos
 Te atreviste á mandar á tu Catulo

Misti, continuo ut die periret,
 Saturnalibus, optimo dierum!
 Non non hoc tibi, salse, sic abibit:
 Nam, si luxerit, ad librarium
 Curram scrinia, Caesios, Aquinos,
 Suffenum omnia colligam venena,
 Ac te his suppliciis remunerabor.
 Vos hinc interea valete abite
 Illuc, unde malum pedem attulistis,
 Saecli incommoda, pessimi poetae.

AD AURILIUM

LIBER

—♦—

Para matarlo de cansancio y tedio
 El día de las fiestas Saturnales!
 Pero venganza tomaré bien presto;
 Que mañana yo iré á las librerías
 Y Aquino para ti, Cesio y Sufeno
 Habré de recoger y otros iguales
 Para darte tormento por tormento.
 Y entretanto, ¡oh malisimos poetas,
 Del siglo horror! volved á vuestro dueño.

AD AURILIUM

LIBER

—♦—



CARMEN XV

AD AURELIUM



Commendo tibi me ac meos amores,
 Aureli. Veniam peto pudentem,
 Ut, si quicumque animo tuo cupisti,
 Quod castum expeteres et integellum,
 Conserve puerum mihi pudice,
 Non dico a populo: nihil veremur
 Istos, qui in platea modo huc modo illuc
 In re praetereunt sua occupati:
 Verum a te metuo tuoque pene
 Infesto pueris bonis malisque.
 Quem tu qua lubet, ut lubet, moveto
 Quantum vis, ubi erit foris paratum:
 Hunc unum excipio, ut puto, pudenter.



ODA XV

A AURELIO



Yo á ti me recomiendo y mis amores,
 Aurelio, y esta súplica yo te hago:
 Si alguna vez deseaste con el alma
 Conservar á tu amor pero é intacto,
 Cuidame tú á mi niña; mas no, Aurelio,
 Del público yo te hablo;
 Que no les temo á aquellos que las plazas
 Cruzan en sus negocios ocupados,
 Sino á ti y tu lascivia, que persigue
 Á la par lo que es bueno y lo que es malo.
 Gástala con quien quieras y do quieras,
 Mas con esa excepción; no es demasiado.

Quod si te mala mens furorque vecors
 In tantam impulerit, sceleste, culpam,
 Ut nostrum insidiis caput lacessas;
 A tum te miserum malique fati,
 Quem attractis pedibus patente porta
 Percurrent raphanique mugilesque.

Pero si un furor lúbrico te arrastra
 Á ya no respetar lo que amo tanto
 Y á ir á cometer tamaño crimen,
 Contigo inexorable será tu hado,
 Porque atado de pies, castigo duro,
 Te darán los mujoles y los rábanos.



CARMEN XVI

AD AURELIUM ET FURIUM



Pedicabo ego vos et irrumabo,
 Aureli pathice et cinaede Furi,
 Qui me ex versiculis meis putastis,
 Quod sunt molliculi, parum pudicum.
 Nam castum esse decet pium poetam
 Ipsum, versiculos nihil necesse est,
 Qui tum denique habent salem ac leporem,
 Si sint molliculi ac parum pudici;
 Et quod pruriat incitare possunt,
 Non dico pueris, sed his pilosis,
 Qui duros nequeunt movere lumbos.
 Vos, qui milia multa basiorum
 Legistis, male me marem putatis?
 Pedicabo ego vos et irrumabo.



ODA XVI

A AURELIO Y FURIO



Yo os he de convencer de que soy hombre,
 Cínico Furio, afeminado Aurelio;
 ¿Me juzgáis poco púdico, vosotros,
 Porque algo muelles encontráis mis versos?
 Si castos ser conviene á los poetas,
 Los versos no han de ser como son ellos.
 Para haber sal y gracia, deben muelles
 Poco púdicos ser, y los deseos
 Incitar, ya no digo de los niños,
 Sino de aquellos que por ser ya viejos
 Mover no pueden sus caderas duras.
 Porque á millares ofrecí los besos,
 ¿Poco viril me suponéis acaso?
 Yo voy de que soy hombre á convencerlos.



CARMEN XVII

AD COLONIAM



O Colonia, quae cupis ponte ludere longo,
 Et salire paratum habes, sed vereris inepta
 Crura ponticuli acsuleis stantis in redivivis,
 Ne supinus eat cavaque in palude recumbat;
 Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat.
 In quo vel Salisubsali sacra suscipiantur:
 Munus hoc mihi maximi da, Colonia, risus.
 Quendam municipem meum de tuo volo ponte
 Ire praecipitem in lutum per caputque pedesque,
 Verum totius ut lacus putidaeque paludis
 Lividissima maximeque est profunda vorago.
 Insulsissimus est homo, nec sapit pueri instar
 Bimuli tremula patris dormientis in ulna.



ODA XVII



A COLONIA



Colonia, que en tu puente jugar quieres,
 Y aun en él á bailar estás dispuesta,
 Y que al ver vacilar del puente el arco,
 Que con viejos maderos construyeran,
 Temes que en el pantano caiga y se hunda,
 ¡Ojalá que un buen puente tener puedas
 Que aun de los Salios el bailar resista!
 Mas déjame á mi risa darle suelta.
 Á un mi paisano, de tu puente al lodo,
 Quiero arrojar de pies y de cabeza,
 Precisamente donde más profunda
 La laguna se encuentre y más infecta.
 Este hombre es un idiota y sabe menos
 Que un niño á quien su padre en brazos duerma.

Quoi cum sit viridissimo nupta flore puella
 (Et puella tenellulo delicatior haedo,
 Asservanda nigerrimis diligentius uvis),
 Ludere hanc sinit ut lubet, nec pili facit uni,
 Nec se subleuat ex sua parte, sed velut alnus
 In fossa Liguri iacet suppernata securi,
 Tantundem omnia sentiens quam si nulla sit usquam.
 Talis iste meus stupor nil videt, nihil audit,
 Ipse qui sit, utrum sit an non sit, id quoque nescit.
 Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum,
 Si pote stolidum repente excitare veternum;
 Et supinum animum in gravi derelinquere caeno,
 Ferream ut soleam tenaci in voragine mula.



Aunque él con una joven se casara,
 Más que un pequeño corderuelo, tierna,
 Que cual á uva madura cuidar debe,
 La deja retozar como ella quiera.
 Como álamo caído en honda zanja
 Él por nada se mueve ni se inquieta,
 Y á todo lo que pasa es tan sensible
 Como si á nadie junto de él tuviera.
 Nada ve, no oye nada y aun ignora
 Quién es él y si existe, este babieca.
 De cabeza del puente echarlo quiero
 Para ver si sacude su pereza
 Y deja su letargo en el pantano
 Como una mula su herradura deja.





CARMEN XVIII

AD HORTORUM DEUM



Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
 Qua domus tua Lampsaci est, quaque silva, Priape.
 Nam te praecipue in suis urburis colit ora
 Hellespontia, ceteris ostreosior oris.



ODA XVIII

EL DIOS DE LOS JARDINES



A ti este bosque te dedico, ¡oh Priapol
 Que tienes en Lampsaco templo y selva,
 Hoy que del Helesponto, en ostras rico
 En todas las ciudades te veneran.

